Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lxvm

dum cum nomine gethsemani.
et ait discipulis suis. Sedete
hic donec orem. Et assumpsit
petrum iacobum et iohem se-
cum. et cepit pauere et tede-
re. Et ait illis. Tristis est aia
mea usq; ad mortem. Sustine
te hic et vigilate mecum. Et
cum processisset paululum:
procidit super terram et orabat.
ut si fieri posset transiret ab
eo hora: et dixit. Abba pater.
Omnia tibi possibilia sunt:
transfer calicem hunc a me. Sed
non quod ego volo: sed quod tu.
Et venit et inuenit eos dor-
mientes. Et ait petro. Simon
dormis: non potuisti una ho-
ra vigilare mecum. Vigilate
et orate. ut non intretis in tem-
tacionem. Spiritus quidem promp-
tus est: caro autem infirma. Et
iterum abiens et oraut eundem
sermonem dicens. Et reuersus
denuo: et inuenit eos dormien-
tes. Erant enim oculi eorum gra-
ui. et ignorabant quid re-
derent ei. Et venit tertio et ait
illis. dormite iam et requi-
escite. Sufficit uenit hora:
ecce traditur filius hominis
in manus peccatorum. Surgite
eamus: ecce qui me tradet.
prope est. Et adhuc eo loquente
uenit iudas scariothe unus
de duodecim. et cum eo turba
multa cum gladys et lignis
missi a summis sacerdotibus
et a scribis et a senoribus. de-
dit autem eis traditor signum di-
cens. Quemcumq; osculatus
fuero: ipse est tenete eum. et du-
cite caute. Et cum uenisset
statim accedens ad eum ait.
Aue rabbi. Et osculatus est
eum. At illi manus iecerunt
in eum: et tenuerunt eum. Vnus
autem de circumstantib; educens
gladium percussit seruum summi
sacerdotis. et amputauit il-
li auriculam. Et respondens ihs
ait illis. Tanquam ad latronem
existis cum gladys et lignis
comprehendere me. Cotidie
eram apud uos in templo do-
cens. et non me tenuistis. Sed
ut impleant scripture. Tunc
discipuli eius relinquentes
eum fugerunt omnes. Adole-
scens autem quidam sequebat eum.
amictus syndone super nudo.
et tenuerunt eum. At ille re-
licta syndone nudus profu-
git ab eis. Et duxerunt ihm
ad summum sacerdotem: et con-
uenerunt omnes sacerdotes et
scribe et senores. Petrus
autem secutus est eum a longe
usq; intro in atrium summi
sacerdotis. et sedebat cum mi-
stris. et calefaciebat se ad
ignem. Summi uero sacerdo-
tes et omne concilium querebant
aduersus ihm testimonium. ut
eum morti traderent: nec in-
uenebant. Multi enim
testimonium falsum dicebant
aduersus eum. et conuenencia